

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Auctoriare Et Sub Auspiciis ... Domini Guilielmi IX.
Hassiae Landgravii, Principis Hersfeldiae, Rel. Rectoris
Academiae ... Januarii A. MDCCLXXXVI. Celebrabitur
Novi Magistratus Academici ...**

Arnoldi, Albert Jakob

Marburgi, [MDCCLXXXVI?]

VD18 12074993

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-15029

51

AUCTORITATE ET SUB AUSPICIIS
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
D O M I N I
G U I L I E L M I I X.
HASSIAE LANDGRAVII, PRINCIPIS HERSFELDIAE, REL.
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI
IPSIS CALENDIS JANUARIJ A. MDCCCLXXXVI.
CELEBRABITUR

**NOVI MAGISTRATUS ACADEMICI
I N A U G U R A T I O.**


QUIBUS SOLENNIBUS VT INTERESSE VELINT
SERENISSIMI PRINCIPES BERLEBURGO-
WITTGENSTEINENSES,
PERILLUSTRIS ACADEMIAE PROCANCELLARIUS,
PROFESSORES OMNIUM ORDINUM CELEBERRIMI,
CIVES ACADEMIAE GENEROSISSIMI
AC NOBILISSIMI,

QUA PAR EST REVERENTIA ATQUE HUMANITATE ROGAT
ACADEMIAE ADHUC PRORECTOR
ALBERTUS IACOBUS ARNOLDI
THEOL. D. ET PROF. PRIMAR. AC PAEDAGOGIARCHA.

INSUNT OBSERVATIONES AD QUaedam JESAE LOCA.

MARBURGI,
TYPIS KRIEGERI ACADEMIAE TYPOGRAPHI.







Ies. I, 8.

Euerſis aliquando incenſisque per hoſtium (*) ſaeuitiam ceteris Iudaeae oppidis, et vaſtato circa omni agro (v. 7.), vix vna reſiterat metropolis a communi clade intacta. Talem igitur eam vt ſpectandam ſiſteret vates, binas hic iunxit comparationes, quas vti inter ſe apte congruentes, ita lectiſſimas eſſe, iſtisque vrbis forti exprimendae natas, nemo erit facile quin perſentiſcat. *Reliqua, inquit, facta eſt Sion*

כסכה בכרם *vt tugurium in vinea,*

(**) כמלונה במקשה *vt caſa in cucumerario,*

qua-

(*) Syrorum, puto, atque Iſraelitarum, qui foedere iuncti, inter Iudaeos, regnante Achaſo, ſirages inſignes ediderunt, atque Hieroſolymorum obſidionem, irrito licet conatu, tentarunt (2 Chron. XXVIII, 5 ſqq. 2 Reg. XVI, 5. Ieſ. VII, 1.), aucta ſub idem tempus Iudaeae calamitate et per Idumaeorum Philiſtaeorumque incurſiones, et per vexationes ipſorum adeo, quorum auxilium Achaſus implorauerat, Aſſyriorum (2 Chron. I, c. v. 16 — 21).

(**) מקשה ^{סב. 6.} haud dubie idem eſt vocabulum, quod Arab. ^{سب. 6.} cucumerarium, Hebraice מקשה exarandum, vnde eliſo נ fit מקשה. Gemi-